



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLIV. Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Betekins von der Ost ein
Leibgedinge, am 27. Juli 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

In cuius etc. Testes frater Geuehardus de Bortuelt etc. Datum anno domini M°. CCC°. XXXVII°, feria quinta ante dominicam Oculi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLIII. Markgraf Ludwig überträgt dem Wilkin Horcher die Tutel über die Güter
Luthers Splinter, am 16. Mai 1337.

Lvdouicus etc. Strenuo viro Wilkino Horcher etc. Tutelam et administrationem bonorum filiorum quondam strenui viri bone recordationis dilecti nostri Lutheri Splinter per decessum bone memorie Henningi fratris, cui ipsam pridem contulimus et commisimus, vacantem nobis, fidelitati tue, quousque ad annos debitos et etatis debite peruenerint, sic quod ipsis fideliter presis et percepta de bonis, dum petierint, prout moris est, integraliter computes, conferimus, committimus et presentibus duximus conferendum. Pro qua quidem collatione nobis decem marcas argenti Brandenburgensis et ponderis erogasti, addicientes, quod si dictos pueros ante perceptionem istarum de bonis suis decem marcarum faciendam decedere, quod absit, contingeret, ex tunc tu ex nostro speciali consensu dictorum bonorum obuenciones quascunque debeas, quousque dictam summam consecutus fueris, recipere impedimento quolibet quiescente. In cuius etc. Testes Dypoldus guffo, Henricus de aluenfleue, heylo, arnoldus de vchtenhagin. Datum Berlin, anno domini M°. CCC°. XXXVII°, feria sexta post octauam beati Johannis ante portam latinam.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLIV. Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Betekins von der Ost ein Leibgedinge,
am 27. Juli 1337.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus ex mera nostre mentis beniuolentia conferimus honeste matrone Margarete, strenui militis Betkini de Ost, dilecti nostri fidelis, conthorali legitime, veri et iusti dotalitii nomine in villa malsin viginti frusta denariorum Brandenburgensium, in villa Prandim decem frusta in villaque Meretin decem frusta denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum cum omni iure, honore, pertinentiis ac libertate ad dictos redditus pertinentibus, sine impedimento quolibet, quoad vixerit, quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes Hufener, magister camere nostre, Bambrecht, pincerna, Laurencius de Griffenberg, milites, haffo, senior de wedel et Tydeko de Brederlo, famuli, cum cete-

ris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., proxima dominica post festum beati Jacobi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLV. Markgraf Ludwig belehnt Nicolaus Voigtsdorf mit Besitzungen in Voigtsdorf, am 20. September 1338.

Contulimus et presentibus conferimus Discreto viro nycolao, dicto voydsdorp, suisque veris et legitimis heredibus XVI frusta annuorum reddituum in villa dicta voydsdorp cum omni iure, honore, vtilitate, commodo et libertate, sicut henningus de voydsdorp a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet tenenda perpetuisque temporibus iusto feodi titulo possidenda, tali tamen modo, quod ipse heredes et successores sui nobis heredibus et successoribus nostris dum vocati vel requisiti fuerint, seruitio dextrarii famulari. In cuius etc. Testes Johan büch, haffo de wedel, Rutenic, milites, Haffo, senior, wedko de wedel, Tydeko Brederlo cum ceteris. Datum Torgelowe, anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., in vigilia mathei.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XLVI. Markgraf Ludwig belehnt Helmwig Büz mit Bedehungen in Babbín, am 12. October 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc., contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Helmbich Büz suisque veris et legitimis heredibus precariam super XXX mans tam denariorum quam annone in villa dicta Babbín cum omni iure, vtilitate, commodo, vsufructu et honore sicut ipsam tenuimus et habuimus perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Haffo, senior, Tydericus Brederlo cum ceteris. Datum Kungesberg, anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII^o., feria secunda post dyonifii.

Hanc literam egit Haffo, senior, et Tydekinus Brederlo et fuit eis commissa in campis ibidem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).